Fragmentarium

veretur inflatio propter eam que generant ventositatem. Sed tamen quod capiti nocet.
dolore inferendo. colicos aut sanguineos eam cavere oportet. Diligentibus
eius comestionem: detur cum endivia. lactuca. portulaca. Sola enim accep
ta: dolorem generat. digestionem corrumpit. ventrem constipat. spermatis humiditatem
desiccat. coitum valde debilitant. Frigidis vero naturaliter convenit. quia eorum di
gestivam adiuvat non ventrem humefacit. sperma et coitum augmentat. De Eruca
in quo videtur provocare quod ypocras negavit. Dicit enim eam humectare ventrem. non
provocare urinam et benedixit. Habet vim aperitivam. Sperma vero eius non inflatio
nis generativum quia non indiget humiditate. sed cum sapore suo coitum augmen
tum. aut sperma increscere non facit.

Porrus calidus in medio tertii gradus. in fine sicci quod certificat sua ponticitas. Unde
sanguinem constringit e naribus fluentem. sed secundum cybum illaudabilis est.
Nocet. Non solum faciens inflationem ac ventositatem. et cum suo acumine mor
det nervos eius. Habet in proprietate faciendi fumum nigrum melancolie perti
nentem. quod caput ascendens. visui facit tenebrositatem atque terribilia in ducit.
(above line: [illegible] somnia)
acrimoniosa. Unde est ab omnibus cavendum naturalis habentibus. maxime coleris. mani
aticis. et opilationem in capite habentibus. Qui eum comedere diligentes. post eum lactucas
accipiant. portulacas. endivias. et similia. ut eius calor abstinentis tepiem
accipiant. aut elixetur. Deinde in bene aqua lavetur. et sic in potu in detur. quod tamen
valet secundum medicinam. Crudus vero comestus canales pulmonis de crosis
mundificat humoribus. opilationem epatis aperit. oximinam habentibus mitiga
tionem tribuit. Sucus eius cum aceto: oleo rosato. et thure. naribus immissus.
sanguinem constringit de naribus fluentem scilicet eis qui frigide sunt nature. In aurem
distillatus. dolorem placat de frigiditate ortum. Crudus cataplasmatus su
morsum serpentis bene prodest. Kyrus quoque in potu sumptus. et super emoroidas cataplas
matur. tumorem de humiditate factum dissolvit. Caput eius coctum et cum sisame
leo. aut amigdaleo oleo comestum ventrem subsellat. et ventrem humectat va
leque. contra colicam passionem. que fit de crossis humoribus et viscosis. Semen porri
sicci et fortioris actionis. Dequo vero .z. potui date cum duabus aliis mirte
seminis. sanguinem e pectoris serratu fluentem. restringit. Gule tamen et den
tibus nocet. Quod si assetur et maturatum semine misceatur emoroidas prode
pacientibus. Ventositatem intestinorum dissolvit tamen constipat ventrem.

Siluris vero calidus: in primo gradu. et siccus in secundo. pinguis crassos humores dissolvit. oppilationem
aperit. urinam provocat et menstruam. Sucus eius in modum pessarii in vulve suppositus
menstruam provocat.

Feniculus bifarie dividitur. [illegible] sed in genere est calidus. siccus in medio in tertio. Est enim silvestre et domesticum. domesticum in medio
digestioni obedientis
sed tamen valet secundum medicinam. Sucus eius coctus et dispumatus et cum oxi
melle potui datus. valet contra diuturnas febres. urinam provocat. qui
desiccatus et in collirio mixtus sic iuvat oculorum lumini. Semen eius calidum:
in gradu. siccum in fine. primo lactis: augmentativum. opilationis epatis et reni.
nesice. aperitivum.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.12, 7r – Excerpts from an Antidotarium; Isaac Judaeus, De diaetis universalibus; Ps.-Galenus, Liber alter de dynamidiis; Sententiae ex libro Proverbiorum; Medical Recipes; Excerpts (https://fragmentarium.ms/view/page/F-wime/5312/50482)